

# CAPUT IV.

## De Confessione.

**E**gimus de Probationibus in genere. Agendum modò de Probationibus in specie. Inter has occurrit primò locò Confessio, de qua triviale veriverbium habet, quòd propria Confessio sit optima probatio.

### SECTIO I.

#### De Natura & Varietate Confessionis.

##### SUMMARIA.

- |                               |               |                  |  |                   |                                |                    |               |                                       |                            |                                  |                                 |                                  |                              |  |  |  |  |  |                                  |
|-------------------------------|---------------|------------------|--|-------------------|--------------------------------|--------------------|---------------|---------------------------------------|----------------------------|----------------------------------|---------------------------------|----------------------------------|------------------------------|--|--|--|--|--|----------------------------------|
| 1. & 2. Confessio est etymon. | 3. Definitio. | 4. Est assertio. | 5. Dicitur vel facti, prateriti aut presentis. | 6. Et possibilis. | 7. In prejudicium assertantis. | 8. Facta scienter. | 9. Et liberè. | 10. Dividitur in Expressam & Tacitam. | 11. & seqq. Hujus exempla. | 14. In Principalem & Incidentem. | 15. In Discretam & Indiscretam. | 16. In Simplicem & Qualificatam. | 17. In Civilem & Criminalem. | 18. Monitum de Confessione in tortura. | 19. & 20. In Judiciale & Extrajudiciale. | 21. & seqq. Referuntur quedam requisita Judicialis Confessionis. | 24. & seqq. Non debet fieri coram tribunali. | 27. & seqq. Nec exigiti presentiam Adversarii. | 30. Nec causam debendi postulat. |
|-------------------------------|---------------|------------------|--|-------------------|--------------------------------|--------------------|---------------|---------------------------------------|----------------------------|----------------------------------|---------------------------------|----------------------------------|------------------------------|--|--|--|--|--|----------------------------------|

##### §. I.

#### Quid sit Confessio?

- 1** Confessio nomen æquivocum est, ac denotat quandoque cautionem seu promissionem l. cum de indebito 25. §. ult. ff. de Probat. l. si patronus 20. §. 1. ff. de Donat. Quandoque significat jactantiam cap. quam sit grave 9. de Excess. Prel. Gonzalez in cap. cum Monasterium 1. de Confess. n. 4. Quandoque & in presenti significat manifestationem, non quidem illam, quæ contingit in Sacro tribunali, ac in ordine ad forum humanum non attenditur per cap. si Sacerdos 2. de Offic. Judic. Ordin. sed illam, quæ fit coram hominibus, intra vel extra Judicium Contentiosum.
- 3** Definitur, quòd sit assertio dicti vel facti, in præjudicium assertantis facta. Lauterbach Dissur. Tubingens. Vol. 1. disp. 4. p. 1. th. 1.
- 4** Dixi I. assertio. Sub quâ particula continetur tam assertio, veluti si quis debitorem se vel delinquentem esse confiteatur; quàm negatio, sicut si quis asserat, se privilegium non habere arg. cap. si cumimus 1. h. t. in 6. cap. si diligenti 17. de Prescrip.
- 5** Dixi II. dicti vel facti. Quibus verbis exprimitur objectam Confessionis, quod duplex est, dictum vel factum. In utroque verò requiritur I. ut sit prateritum aut præsens: quia de futuris contingentibus, uti non datur determinata veritas, saltè quoad nos; sic etiam non datur Confessio, ad eruendam veritatem ordinata. II. ut sit possibile: sive enim dixisse, sive fecisse te asseras, quod vel ex natura vel ex Jure positivo implicat, v.g. te cœlum empyreum evertisse, filium tuum de bonis profectitii testamentum tuò consensu fecisse &c. nihil asseris per l. si is cuius 14. in fin. princ. & §. n. ff. de Interrog. in jure faciend. Ummius disp. 13. th. 10. n. 43. Sabellus in summa §. Confessio n. 20.
- 7** Dixi III. in prejudicium assertantis. Quod enim in proprium favorem & commodum quis asserit, cum suspicem falsi laborem, tantum parum meretur fidem, quàm parum creditur testimonio, quod in propria causa profertur l. nullus 10. ff. l. omnibus 10. Cod. de Testib.
- 8** Dixi IV. ritè facta. Fit autem ritè Confessio, si duo concurrant, scientia & libertas, Scientia ideò desideratur: quia, siue errantis nullus est consensus l. si per errorem 15. ff. de Jurisdic. sic nulla per errorem consentis est obligatio vel probatio l. non facietur 2 ff. h. r. Libertas propterea requiritur: quòd Confessio non sponte, sed metu exortata, potius ex metu supplicii, quàm amore veritatis profectis, præsumatur cap. si quandoque 1. XP. q. 6.

##### §. II.

#### Quotuplex sit Confessio?

- 10** Confessio dividitur I. in Expressam vel Tacitam, quæ etiam Vera Confessio nuncupatur, est, quâ quid asseritur verbis, literis, aut signis proportionatis. Tacita,

privatim: cum enim suum factare nemo præsumatur l. cum de indebito 25. in pr. ff. de Probat. idcirco, si quis adversario suo pro remittenda furti, bonorum raptorum, aut injuriarum actione, quidpiam solvat, vel promittat, furtum, rapinam, aut injuriam confiteri præsumitur, & perinde, ac si condemnatus fuisset, infamia notatur l. abhætas 4. §. ult. l. quoniam 5. ff. de His qui not. infam. Talis est II. quæ petitur ex fuga: nam, ut loquitur Bonifacius Papa in cap. nullus 4. de Presumpt. nullus dubitat, quòd ita judicium nocens subterfugit, quemadmodum, ut absolvatur, qui est innocens, querit: confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere judicium dilationibus putat. Talis est III. quæ deducitur ex recusatione Juramenti Calumnix juxta cap. 2. n. 50. & seqq. item ex detractione responsionis ad articulos probatorios juxta cap. 3. n. 104. Lauterbach cit. disp. de Confess. p. 2. th. 58.

**11** Dividitur II. Confessio in Principalem & Incidentem. Principalis est, quando id, quod venit in Confessionem, causam principalem attingit. Incidentis est, quando assertum in Confessione non attingit causam principalem, sed incidentem.

**15** Dividitur III. Confessio in Discretam & Indiscretam. Discreta vocatur, quæ cum expressione causæ, ex qua nata est obligatio, fit, v. g. si quis fateatur, se debitorem esse ex mutuo, empto, donato, &c. Indiscreta nomina-

tur, quæ citra expressionem causæ tantum genericè proponitur v. g. si quis dicat, se debitorem esse, non expressò contractu vel delicto.

Dividitur IV. Confessio in Simplicem & Qualificatam. Simplex appellatur, quando aliquis intentionem Adversarii simpliciter & absolute confitetur. Qualificata nuncupatur, quando cum adjectione qualitatis, conditionis, aut restrictionis intentionem Adversarii quis confitetur, veluti si quis sit, an occiderit, vendiderit, sponsalia contraxerit, &c. respondeat, se occidisse ex causa necessaria defensionis; se vendidisse sub pacto legis commissoriae vel additionis in diem; se contraxisse sponsalia sub conditione, si parentes consentiant.

Dividitur V. in Civilem & Criminalem. Civilis est, quæ circa causas civiles versatur. Criminalis est, quæ circa causas criminales est occupata. Atque ad hanc sæpissimè adhibetur questio severior, furti, tortura, de qua, qualis esse debeat, & quanta, elegantissimè scripsit Clariss. D. Frantz in Jurisprud. Quintupl. quest. 16. per res. Id unicuique advertebam, Confessionem, in tortura elicitam, nullius roboris censei, nisi, quæ in æquale suspensis antehac confessus est, postea ad bancum juris, ut vocant, extra conspectum tormentorum positus demòdò repetat per l. in criminibus 1. §. 23. & 27. ff. de Quæstion. & dicta in num. 9. P. Engel ad h. r. n. 17.

##### §. III.

#### Quid sit Confessio Judicialis & Extrajudicialis?

- 19** Præter enumeratas divisiones superest adhuc una, eaque notabilis, quâ Confessio dividitur in Judiciale, & Extrajudiciale. Judicialis est, quæ coram Judice competenti fit. Extrajudicialis est, quæ non coram Juce, vel coram Judice non competenti fit per 20 cap. est Clerici 4. de Judic. Adeòque Confessio Judicialis suam denominationem præcisè sortitur à Juce, qui, si competens sit, facit, ut Confessio pro Judiciali reputetur; si vel Judex non sit, vel incompetentis, Confessio pro extrajudiciali habetur.
- 21** Sunt permulci, qui ad Confessionem Judicalem tria adhuc requisita postulant. Primum est, ut factum Judicio, seu coram Juce pro tribunali sedente: eò quòd in l. un. Cod. h. r. asseratur, Confessionem Judicalem in jure fieri; jus autem ex l. pen. ff. de F. & F. sit locus ille, in quo Judex pro tribunali sedet. Lauterbach cit. disp. p. 2. th. 29. Secundum est, ut fiat coram Adversario, ejus procuratore, tutore vel curatore presente per textum in l. certum 6. §. 2. ff. h. r. quemadmodum judicatum non censetur, nisi, quos negotium concernit, præsentis sint l. de unoquoque 47. in pr. ff. de Re judic. 20 ff. ad ff. h. r. n. 4. Perez in Cod. eod. n. 237. Lauterbach d. l. th. 30. Tertium est, ut discreta sit, ac causa debendi exprimat. arg. l. cum de indebito 25. §. ult. ff. de Probat. & cap. 6. causa 14. de Fide Instrum. Perez cit. l. n.
- 27** Wefenbec. ad ff. h. r. n. 5. Lauterbach d. th. in fin. Verum multò verius credo, nullum ex his esse requisitis ad Confessionem Judicalem expressè. Primum discrete rejicitur in l. voluit Prætor. 4. §. 1. ff. de Interrogat. in jure faciend. ubi Jctus jus eum locum esse, proloquitur, ubi jus dicendi vel judicandi gratia consistat: vel si domi, vel itinere hoc agat. Ergo necesse non est, ut Judex pro tribunali sedeat, ad inducendam Confessionem in jure, seu Judicalem. Adhuc in Clem. dispensatam 2. de Judic. & Clem. supè 2. de P. S. constitutum est, in processu summario non opus esse, ut Judex pro tribunali sedeat: quippe cum ita seffo meram solennitatem sapiat; & tamen nemo negaverit, etiam in processu summario dari Confessionem Judicalem. Denum in l. pen. ff. de F. & F. consuetum Judicis tribunal accipitur pro jure seu loco Judicii non per proprietatem, sed per excellentiam ac antonomasiam. Magnif. D. P. König ad h. r. n. 18.
- 27** Alterum requisitum de presentia Adversarii haud solide probatur ex cit. l. certum 6. §. 2. ff. h. r. ibi enim Jctus solummodò querit, an, si quis, absente Adversario, confessus sit, non debeat pro judicato haberi? ex ea querendi & dubitandi ratione: quia nec qui jurat de operis, obligatur, nec solum absenti condemnari. Interim hanc questionem decisivè & assertivè non

non resolvit, sed quasi in medio relinquit. Quin & si negativè respondisset, plus tamen non sequeretur, quam ex tali Confessione sola non nasci actionem iudicari, nisi postmodum in utriusque partis præsentia feratur sententia, quemadmodum nec absenti quaritur obligatio & actio per stipulationem §. item verbum 12. Infr. de Instil. stipulat. Non tamen sequeretur, eandem Confessionem locò probationis non cedere: cum utique summa & fortissima sit præsumptio, ea, quæ coram Iudice quis ultrò confiteri, verissima esse, si præsens sit Adversarius, siue absens. Indeque ad Confessionem Iudicalem, saltem de Jure Canonico, præsentiam Adversarii necessariam haud esse, docent Panormit. in cap. ult. h. t. n.

16. Honorius ad h. t. n. 10. P. Engel ibid. num. 12. Brunnem. ad cit. l. certum n. 4. Tertium requisitum rursus ex cit. l. cum de c. 30 in debito 25. §. ult. ff. de Probat. & cap. sicarius 14. de Fide Instrum. non excipitur: nam recitari textus loquuntur de chirographo, in quo, nisi causa debendi fuerit expressa, Confessio debiti nil valet: cum tamen in Confessione, coram Iudice factâ, potius ad dictum, quam rationem dicti solet attendi, ex urgentissima præsumptione, quod coram Iudice, omnia & singula dicta protocollo inferente, non nisi deliberatò animò quis contra se confiteri credatur. Panormit. cit. loc. num. 24. Mascard. d. Prob. conclus. 368. n. 8. P. Wiestner hic n. 10.

SECTIO II. De Personis Consistentibus.

SUMMARI A.

- 31. Denotantur persona consistentes. 32. Excluduntur infantes. 33. Ebrrii & dormientes. 34. Pupilli. 35. Atmorenes habent beneficium restitutionis. 36. Tam in Civilibus quam in criminalibus. 37. Afferuntur Limitationes. 38. In procuratoribus observatur distinctio. 39. Si fateantur ex necessitate officii cum mandato specialitè fateantur. 40. Secus, si mandatum generale habeant. 41. Aut citra necessitatem consistantur. 42. Idem ferè de tutoribus & curatoribus afferendum. 43. De Advocatis remissivè. 44. & seq. Prælatorum Confessio præjudicat Ecclesiæ, quando fit ex necessitate officii. 45. Aliàs non. 47. Nisi Capituli consensus

accedat. 48. Salvò jure restitutionis. 49. Confessio soli consistenti nocet. 50. Confessio matri filium adulterinum non probat. 51. Confessio dotis acceptæ, à marito facta, non obest creditoribus. 52. Confessio socii criminis non obest sociis. 53. & seqq. Præterquam in criminibus exceptis. 57. Vini probandi non habet. 58. & seqq. Discutitur, quidnam in criminibus exceptis probet socii Confessio? 61. & seq. Confessio agonizantium illis & hæreditibus tantum præjudicat. 63. Ofsenditur hoc in Iudice. 64. & seq. In teste. 66. In matre. 67. & seq. Ofsenditur idipsum in causis criminalibus.

§. I.

Quam in genere possint confiteri?

- 31. Iudicialiter confiteri possunt, qui legitimam habent personam, in Iudicio standi, de quibus actum in rr. alt. l. de Judio. cap. 2. à num. 116. Extrajudicialiter confiteri possunt, quicumque sibi suisque rebus liberè valent præjudicare. Ex quo 32. Infertur I. infantem nihil agere, siue cum siue sine tutoris autoritate fateatur aliquid: quia, dum negotium, de quo quaritur, necdum intelligit, nil penitus sibi nocet per §. furiosus 8. §. sed quod 10. Infr. de Instil. stipulat. l. quoniam 1. Cod. de Falsamou. Lauterbach in d. dist. p. 1. th. 7. 33. Infertur II. ebrios ebrietate perfectâ, uti & dormientes, etsi contra se quid manifestent, præjudicium non facere: illis enim abundantia vini mentis indicit exilium; his grævedo somnium intellectum tenet captivum, ut, quod dicunt, nesciant per textum in cap. sanè discimus 7. XV. q. 1. Clem. un. de Homicid. Lauterbach d. l. th. 9. 34. Infertur III. pupillum, sine tutoris autoritate consistentem, sibi non nocere l. certum 6. §. ff. h. t. nam propter imperfectionem iudici neque qualitatem negotii, de quo agitur,

neque gravitatem nocumenti, quod incurrit, pendere censetur. Lauterb. ib. 10. Infertur IV. minorem, curatore destitutum, extrajudicialiter sic confiteri posse, ut salvam habeat restitutionem in integrum d. l. certum 6. §. f. at judicialiter confiteri æquè non posse, ac agere per textum in l. in rebus 2. & l. ult. Cod. Qui legit. pers. standi in Jud. Quod 3 & ipsum non tantum in civilibus, sed etiam in criminalibus obtinere, constat ex l. clarum potestatis 4. Cod. de Auctor. præst. ubi sancitur, minoribus in criminalibus causis dandos esse Curatores, ne ex sua imperitia vel juvenili calore aliquid vel dicant, vel accedant, quod, si fuisset prolata vel non expressum, prodesse eis poterat, & à detiore calculo eos eripere. Lauterb. d. l. th. 11 monens ex Carpovio præst. crim. p. 3. q. 118. n. 23. hanc sanctionem moribus nostris non observari. Quin & in civilibus minor contra suam Confessionem non restituitur, vel quando veritatem est confessus arg. l. ult. Cod. de Restit. in integr. vel quando dolose confessus est falsum in præjudicium Adversarii arg. l. auxilium 37. §. 1. ff. de Minorib. Oddus de Restit. in integr. p. 2. q. 65. n. 17. Galesius in Commentar.

tar. ad cap. ult. de Rest. in integr. in 6. n. 78. & 87. qui, etiam in n. 117. & seqq. addit triplicem casum, quando Confessio concernit actum,

à consistente gestum; aut emanat in Iudicio per modum Jurisdictionis Contentiosæ; aut reiterata est.

§. II.

Noceatne Confessio Procuratoris Domino?

38. Discrimen hic facio, num Procurator ex officii necessitate confiteatur, fortè quod à legitima potestate fuerit interrogatus; num verò citra necessitatem officii spontaneè quiddam asserat? 39. Si primum; ulterius dispiciendum existimo, quale mandatum habeat? Si enim mandatum speciale habeat, vel generale quidem, sed cum libera, quale olim habebant economi Ecclesiarum, seu procuratores generales, suâ Confessione Domino præjudicat per textum in cap. ult. h. t. cap. suborta 21. de Sent. & re judic. l. qui servum 20. in pr. ff. de Interrogat. in iure faciend. Sin mandatum speciale, vel generale cum libera non habeat, nequit Domino Confessione suâ nocere d. l. certum 6. §. 4. ff. h. t. l. sine 9. §. 4. ff. de Interrogat. in iure faciend. 41. Si secundum; procuratoris Confessio indistinctè pro supervacanea habetur, & nulla per cit. l. & §. quia fines mandati excedere, ac

jura sui principalis seu donare seu prodigere videtur contra l. contra Juris 28. §. 2. ff. de Paul. Videantur post Rotam Roman. in recent. p. 2. decis. 768. n. 5. Gonzalez in cit. cap. ult. h. t. n. 11. & seq. P. König h. t. sub. n. 8. P. Wiestner ibid. n. 17. P. Reiffenstuel ibid. n. 91. Zoëf. ad ff. eod. n. 7. Lauterb. cit. l. th. 26.

Eodem ferè modò de tutoribus & curatori-42 bus est discurrendum, quod nempe pupillis & minorennibus sui Confessione dispensum, asserant, si ex necessitate officii responderint; secus, si ponte, per textum in cit. l. certum 6. §. 4. ff. h. t. cap. ult. eod. cap. suborta 21. de Sentent. & re judic. Rota Roman. in recent. p. 4. tom. 2. decis. 64. n. 1. Hunnius Encyclop. Jur. Univ. p. 2. r. 16. n. 9. Perez in Cod. h. t. n. 11. Lauterbach d. l. th. 25.

De Confessione Advocatorum, quomodo 43 clienti nocet, actum est in rr. de Judio. cap. 2 n. 220.

§. III.

Noceatne Confessio Prælati Ecclesiæ?

44. Circa Prælatum Ecclesiasticum, perinde ac circa procuratorem & tutorem, est videndum, an aliquod de rebus & juribus Ecclesiæ suæ confiteatur ex officii necessitate, ad præcedentem interrogationem Iudicis, vel positionem actoris in Iudicio; an verò citra necessitatem? Priore casu Prælati Confessio obest Ecclesiæ per textum in cap. dilectus 2. de Capell. Monach. & cap. si diligenti 17. de Prescript. Cujus ratio est; quia Prælati, tanquam legitimus & generalis Ecclesiæ administrator, quam optimè res & jura Ecclesiæ scire præsumitur. Panormit. in cap. ult. h. t. n. 4. & in cit. cap. dilectus de Capell. Monach. num. 4. ubi hanc iniam resolutionem ad Parochos & Rectores Ecclesiarum non Collegiarum propterea idem cap. dilectus extendit. Concordant AA. cum Reiffenstuel h. t. n. 86. 46. Posteriore casu Prælati Confessio nullatenus obest Ecclesiæ: partim quia videtur agere non ut Prælati, sed ut privati; partim quia Prælati nec alienare potest rem immobilem aut jus; nec rem, etiam mobilem, absque rationabili causâ donare; nec Ecclesiam,

pro suo lubitu, obligare: partim quia nec tutor nec procurator nocet, si, nulla cogente necessitate, confiteatur ex n. 39. & seqq. Rota Rom. in recent. p. 9. dec. 27. p. 14. decis. 115. n. 13. & decis. 416. n. 15.

Quoad posteriorem hanc resolutionem va-47 rias limitationes subjungit Mascardus de Probat. conclus. 367. inter quas certior est illa, quæ provenit ex assensu Capituli: nam Prælati Ecclesiæ, administrantur Capitulò, non minus consistendò, quam contrahendò, valet obligare juxta textum in cap. gravis 1. de Depos. cap. quod quibusdam 4. de Fidejussor. cap. si quorundam 2. de Salet. cap. casorum 2. de Donat.

Quoad priorem resolutionem convenit in-48 ter Jctos, Prælatum vel Confessionem, quam erroneam fuisse credit, revocare; vel, si Ecclesiæ ex Confessione lætam advertit, restitutionem in integrum petere posse cap. ult. h. t. cap. ult. de Restit. in integr. in 6. Abbas in d. cap. ult. h. t. n. 10. P. Engelad d. cit. n. 19. Galesius in Commentar. ad d. cap. ult. in 6. per tot. Passerinus in commentar. ib. per tot. Repetantur dicta in n. 37.

§. IV.

Noceatne Confessio alij quam Contententi?

49. Exceptis procuratoribus, tutoribus, cura- toribus, & Prælati Ecclesiarum, de quibus jam tractavimus, pro regula traditur, quod consistentes nemini, præterquam sibi ipsis, nocent: est enim per absurdum & inconveniens, ut unus alterius odio gravetur, & al-

teri per alterum iniqua conditio accersatur: cap. non debet 22. de R. F. in 6. l. non debet 74. ff. eod. Card. de Luca de Judio. dist. 23. num. 25. ubi regulam ponit, Confessionem illis duntaxat nocere, quibus res iudicata nocet. Ex quo Deducitur I. matrem, quæ confitetur, & al-

Titium filium in adulterio concepsisse, sibi quidem, non etiam filio præjudicare l. Imperatores 29. §. 1. ff. de Probat. l. miles 11. §. 9. ff. ad L. Ful. de Adult. & arg. l. neque professio §. Cod. de Testam. Gail. 2. obs. 87. n. 7. Decius consil. 657. per tot. Malcard. de Probat. conclus. 789. n. 1. & seqq. Gonzalez ad cap. per suas 10. de Probat. num. 11.

51 Deducitur II. Confessionem dotis acceptæ, à marito factam, licet contra maritum probet, ejus tamen creditoribus non obstare, quò minus ipsi exceptionem non numeratæ dotis in concursu opponere possint arg. l. Scia 28. in princ. ff. ad Scitum Vallejan. l. Quintus Marcius 48. in princ. ff. Mand. l. exempli 7. Cod. de Probat. Rota Rom. in recent. p. 14. decis. 214. n. 4. Hunn. Encyclop. Jur. univ. p. 2. l. 16. cap. 6. n. 1. Vult. Consil. Marburg. Vol. 2. conf. 30. num. 150. Lauterb. cit. disp. de Confess. p. 1. th. 22. Plures tamen præsumptiones affert Rota cit. decis. num. 5. & seqq. ex quibus Confessio dotis contra creditores probatur.

52 Deducitur III. Confessionem socii socio criminis non obesse: cum secundum virumque Juris statuta de se confessi super alterum conscientis interrogari non debent, & de reatu proprio conscientis periculosa Confessio non est adversus quemlibet admittenda, ut ait Clemens III. in cap. cum Monasterium 1. h. t. Cui Consonant Imperatores Honorius & Theodosius in l. ult. Cod. de Accusat. circa fin. ibi: nemo igitur de proprio crimine conscientem super conscientia scruteitur aliena. Concordant textus in cap. veniens 10. cap. super eo 13. cap. personas 20. cap. testimonium 54. de Testib. Gonzalez in cit. cap. cum Monasterium 1. h. t. n. 5. & seqq.

53 Excipiuntur tamen non pauca crimina, in quibus Confessio socii nocet socio, veluti I. crimina illa, quæ redundant specialiter in perturbationem, concussionem; vel perniciosam Reipublicæ, qualia sunt crimen læsæ Majestatis d. cap. cum Monasterium 1. h. t. l. quisquis §. §. fin. Cod. ad L. Jul. Majest. Hæresis cap. in fidei §. de Hæret. in 6. Falsæ monetæ l. si quis 2. Cod. de Fals. mon. Veneficii seu Magiæ l. ult. Cod. de Malef. Latrocinii & grassationis viarum l. deus 6. ff. de Custod. reor. Assassini arg. l. non. §. adeo §. Cod. de Accusat. II. crimina occultæ, quorum veritas per alios, quàm socios,

§. V.

An & cui vocat Confessio agonizantium?

61 Confessio agonizantium potest considerari vel in causis civilibus, vel in causis criminalibus. In causis civilibus præjudicat, quidem ipsimet contententi, & ejus hæredibus; non autem personis aliis, cum contentente mortaliter non connexis. Ratio est: quia, dum ex una parte stat præsumptio, agonizantes non esse salutis immemores l. ult. Cod. ad L. Ful. repetund. ex altera verò parte stat regula, suam cuique Confessionem, non alteri, nocere ex num. fo. legitime concluditur, Confessionem agonizantis ipsi & ejus hæredibus,

difficuler comparatur per cap. ult. de Testib. cog. III. crimina, quæ sine socio non committuntur, cujusmodi sunt delicta carnis, stupra, adulteria, sodomia, &c. per cap. quoniam 3. de Testib. IV. crimina cum 6 Reipublicæ vel tertii damno primùm committenda, de quibus & aliis vide Farinac. Præcis. crim. tit. de Judic. & tort. Pol. 1. q. 43. Malcard. de Probat. conclus. 1318. P. Engel b. cit. num. 21. & seq. P. Wiertner ibid. n. 10. & seqq. P. Reiffentuel num. 96. & seqq. Sabellum in Summa §. Confessio n. 53.

Quando itaque criminiosus in casibus, non exceptis, manifestat socios criminis, non facit Probationem criminis: si enim faceret, tunc vel in vim confessionis, vel in vim testimonii? Non primùm: quia propria Confessio ex n. fo. alium quàm contententem non gravat. Non secundùm: quia, qui eodem inquinatus esse fecere, nequit authenticè de alterius delicto testari d. cap. veniens 10. cap. super eo 13. cap. personas 20. cap. testimonium 54. de Testib. Adeo-que vim habet denuntiationis, & occasionem præbet inquisitioni generali. Jul. Clar. Farinac. Passeria in Trib. Regul. q. 12. n. 63. Reiffentuel cit. loc. n. 108. & seq.

Quando autem in casibus, à n. 53. exceptis, criminiosus socium criminis prodit, dissensio est inter DD. utrum mox ad inquisitionem specialem devenire liceat; an insuper alia indicia & adminicula requirantur? Posterior tenet Malcard. cit. concl. 1318. n. 11. & alii, ab eo citati in n. 9. eò subnixi fundamentò: quia de Jure Canonico inquisitionem specialem debet præcedere infamia cap. qualiter & quando 24. de Accusat. de Jure Civili verò similia indicia. Constat. Carol. cit. 31. §. i. um dier tenent. Prius asserunt Hainold. rom. 6. de F. & J. n. 39. num. 282. Passerin. ubi supra. Reiffentuel ibi num. 110. ex ea ratione: quia alioquin socii de sociis frustra possent interrogari; nec distinctio foret inter crimina excepta & non-excepta.

In hoc tamen omnes conspirant, socii assertionem nullam esse verum, quando ob inimicitiam capitalem, perjurium, ac vitæ turpitudinem, de falso suspectus est propter textus in cap. repellantur 7. de Accusat. cap. per suas 32. de Simon. P. Wiertner h. t. n. 24. & seq.

læsæ obstringantur juxta Auth. Novò Jure Cod. de Pen. Jud. qui male judic. non tamen effice- re, ut præcedens sententia rescindatur: est enim victori jam quæsitæ actio & exceptio judicatis, quæ invito non amplius auferri potest per l. id quod 11. ff. de R. J. neque etiam res judicata, quæ pro veritate habetur l. res judicata 207. ff. eod. rescindi potest cap. cum inter 13. de Sent. & rejud. Stryck cit. differt. cap. 3. num. 1. ubi in n. 2. & 3. idem de Arbitris & Advocatis sentit.

64 Inferitur II. testem, qui in agone fatetur, se falsum testimonium dixisse, hæredibus in tantum præjudicare, ut parti, per sententiam, ex falso testimonio pronuntiatam, gravata, satisfacere teneantur; sententiam tamen, ob auctoritatem rei judicatæ & jus tertio quæsitum, in robore suo persisterent. Stryck cit. loc. n. 4.

65 Quod si tamen sententia necdum pronuntiatæ fuisset, quia nec auctoritas rei judicatæ obstat, nec tertio jus quæsitum est, ejusmodi Confessio testimonium, antecederet datum, ob præsumptionem, ex circumstantia mortis resultantem, saltem enervat, & exceptioni contrariæ partis subjicit. Idem ibid.

66 Inferitur III. matrem neque in extremis præjudicatum edicere propter dicta in n. 49. Stryck cit. l. cap. 4. sub n. 7. Brunemann. ad l. Imperatores 29. ff. de Probat. n. 1. & 2. ubi notat, ridendos esse, qui ex solo matris testimonio, se adulteros filios esse arbitrati, sceptrum & coronam deposuerunt.

In causis criminalibus stylo non absumit dif- ferendum est. Nam & mortuus ex accepto lethali vulnere, si, Sempronium Authorem, vulneris esse, paratam, Probationem non facit l. si quis in gravi 3. §. 1. ff. ad Scit. Sylan. Cuius ulterior ratio est: quia, sicut in civilibus propria Confessione, etiam in ultima voluntate, debitorem sibi constituere nullus potest l. rationes 6. Cod. de Probat. ita nec reum aliquid in criminalibus facere arg. l. ult. Cod. d. r.

Et licet summa sit præsumptio pro moritu- ro, quòd salutem suam per injustam delationem periculo damnationis committere non velit: attamen, quia nonnunquam radix inimicitie etiam in morte perdurat, ac conpetum est, non omnes decedere ut S. Joannem Evangelistam, ut alicubi dixisse fertur Baldus: vix est, ut ejusmodi assertio contra tertium probet. Stryck d. loc. cap. 4. per tot.

Ince- rim non spernendum esse censo, quod ad cit. l. si quis in gravi n. 3. & seq. scribit Brunemann. nempe considerandam esse personam vulnerati, an probata sit ac fide digna; an minus considerandam quoque esse personam denuntiatam, an talis sit, ut in eandem cadere possit suspicio: considerandas etiam esse circumstantias temporum, locorum, &c. major enim pars hominum Christianorum in ultimo vitæ termino videtur animæ suæ rationem habere, saltem ex metu gehennæ, si non ex amore DEI. Sicille. Legatur etiam Card. de Luca de Judic. disp. 32. n. 32.

SECTIO III.

De Effectu Confessionis.

SUMMARIA.

70. & plur. seqq. Enumerantur summariter effectus Confessionis Judicialis. 75. & seq. In criminalibus post Confessionem judicialiter factam opus est sententia. 77. In civilibus non est opus sententia, quando Confessio præcise licet contestatam. 78. & seq. Secus, si licet secuta sit. 80. Diluitur obiectio. 81. & seq. Processus invalidus non destruit fidem Confessionis. 83. Ponuntur tres casus extrajudicialis Confessionis. 84. Facta in præsentia Adversarii cum expressione causa probat plene. 85. Semi plene probat, si fiat vel adversario abste, vel causa non expressa. 86. Imò plene probat de æquitate Canonica. 87. Si neutrum concurrat, nequidem semi-plene probat. 88. Nisi juramentum accesserit. 89. & seq. Examinatur exceptio Felini. 91. & seqq. Recensentur fundamenta pro utraque parte, num Confessio incidens in delictis ad penam ordinariam sufficiat? 94. & seq. Distinctione componitur. 96. & seq. Obstat reme- ventur. 99. & seqq. Qualitas annexa Confessionis, probanda, si præsumptionem Juris contra se habeat. 102. & seq. Secus, si præsumptio non adversetur. 104. & seqq. Qualitas, plane separata à negotio principali, semper à contentente probari debet. 108. Confessio Sacramentalis, à Confessario revelata, nil probat. 109. & seq. Nec scheda Confessionis, in qua delicta reperiuntur annotata. 114. & seq. Confessio in continenti revocari potest. 116. Ex intervallo nequit revocari, nisi probetur error. 117. & seq. Explicatur, quid sit, Confessionem in continenti revocare?

70. & plur. seqq. Enumerantur summariter effectus Confessionis Judicialis. 75. & seq. In criminalibus post Confessionem judicialiter factam opus est sententia. 77. In civilibus non est opus sententia, quando Confessio præcise licet contestatam. 78. & seq. Secus, si licet secuta sit. 80. Diluitur obiectio. 81. & seq. Processus invalidus non destruit fidem Confessionis. 83. Ponuntur tres casus extrajudicialis Confessionis. 84. Facta in præsentia Adversarii cum expressione causa probat plene. 85. Semi plene probat, si fiat vel adversario abste, vel causa non expressa. 86. Imò plene probat de æquitate Canonica. 87. Si neutrum concurrat, nequidem semi-plene probat. 88. Nisi juramentum accesserit. 89. & seq. Examinatur exceptio Felini. 91. & seqq. Recensentur fundamenta pro utraque parte, num Confessio incidens in delictis ad penam ordinariam sufficiat? 94. & seq. Distinctione componitur. 96. & seq. Obstat reme- ventur. 99. & seqq. Qualitas annexa Confessionis, probanda, si præsumptionem Juris contra se habeat. 102. & seq. Secus, si præsumptio non adversetur. 104. & seqq. Qualitas, plane separata à negotio principali, semper à contentente probari debet. 108. Confessio Sacramentalis, à Confessario revelata, nil probat. 109. & seq. Nec scheda Confessionis, in qua delicta reperiuntur annotata. 114. & seq. Confessio in continenti revocari potest. 116. Ex intervallo nequit revocari, nisi probetur error. 117. & seq. Explicatur, quid sit, Confessionem in continenti revocare?

§. I.

Qualem effectum habeat Confessio Judicialis?

70 Confessio Judicialis præ cæteris Confessionibus eminent; habetque I. hunc effectum, quòd plenissimam operetur probationem cap. si diligenti 17. de Prescript. cap. dilectus 2. de Capell. Monach. l. confessus 1. ff. l. un. Cod. h. t. P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Rota Roman. in recent. p. 3. decis. 758. n. 2. & decis. 193. num. 12. p. 4. tom. 1. decis. 117. in fin. II. quòd efficiat notorium per cap. vestra 7. de 7. Cohabitat. Clericor. & mulier. Ideoque viam præcludat appellationi cap. pervenit. 13. & cap. seq.

72 seq. de Appellat. III. quod tollat presumptionem juris & de iure, de qua infra in cap. 8. 73 IV. quod locum inveniat, postquam in causa conclusum est. P. König h. i. n. 27. V. quod acquiparetur rei iudicatae. Sed hic

75 Queritur I. num contra judicialiter confessum sententia iudicis sit opus?

Resp. I. in causis criminalibus opus esse sententiam. Ita communiter respondent DD. cum Panorimitan. in cap. vlti Clerici 4. de Judo. n. 16. Textus est in cap. cum super 2. h. i. & l. si confessus 5. ff. de Custod. & exhibit. reor. in quorum priore post Confessionem in causa simoniae lata fuit sententia; in posteriore jubetur Reus, crimen confessus; in vincula conjici, donec de eo pronuntietur.

76 Rationem. Ratio est: tum quia Confessio criminalis non raro per metum elicitur; tum quia, crimine iam probato, remanet incerta poena: tum quia, si certa sit poena, regulariter ante sententiam declaratoriam criminis non incurritur arg. cap. cum secundum 19. de Heret. in 6.

77 Resp. II. in causis civilibus non opus esse sententiam, quando Confessio litem contestatam praecessit. Textus est in l. si debitor 21. ff. de Judo. l. proinde 25. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. ex iudicatum 16. ff. de Iudic. ubi in quibus locis habetur. In taliter confessum nullas esse partes iudicis, ut pote qui solum datur ad controversias & lites incertas dirimendas.

78 Resp. III. in causis civilibus opus esse sententiam, quando Confessio litem contestatam subsequitur. Textus est in cap. praeterea 10. de

Transact. ibi: respondemus igitur, quod ex praedicta Fratrum Confessione contra eos sententia procedere debeat. Textus alius in l. Julianus 3. l. qui Stichum 5. ff. h. i. Ratio est: quia, de qua 79 causa cognovit Iudex, de eadem pronuntiare tenetur l. de qua re 74. in pr. ff. de Judo. Cum ergo, lite contestata; Iudex causa cognoscatur, de eadem, non obstanti Confessione, tenetur pronuntiare.

Neque distinctas has responsiones convellit l. confessus 1. ff. & l. un. Cod. h. i. in quibus confessus indistincte pro iudicato habetur. Nam in cit. l. confessus Paulus utitur particulam impropriam quodammodo, volens innuere, pro condemnatione propria & autoritativa sententiam iudicalem desiderari. In l. un. Imperator Antoninus utitur verbo futuri temporis salvere cogovis, haud dubie significatur; confessum ad solutionem sententiam iudicalem compellendum fore.

79 Queritur II. an, si processus ex aliquo causa iudice fiat invalidus, Confessio iudicialis suam valorem perdat? Resp. cum Mascardo de Probat. Conclus. 344. n. 4. Rosbach in proc. tit. 65. n. 23. P. Engel h. i. n. 15. P. König eod. tit. n. 19. P. Wietner h. i. n. 11. negativè. Ratio est: quia ut patet ex l. un. §. 2. Confessio iudicialis tam nomen quam virtutem accipit à Iudice, cuius auctoritas salva perstitit, etiam Iudicium ex accidenti vicietur. Siquae res solvit Rota Roman. in Recent. p. 1. decis. 271. n. 4. & decis. 117. n. 2.

80

81

82

III. §. II. III. Qualem effectum habeat Confessio Extrajudicialis?

83 Confessio Extrajudicialis non eundem semper effectum habet. Inerest enim, an fiat adversario praesente, & cum expressione causae; an vel adversario absente, vel absque expressione causae; an nec adversario praesente, nec expressa causae.

84 In primo eventu vim plenae Probationis obtinet per textum in cap. olim ex literis 25. de Rescript. cap. per tuas 10. de Probat. l. cum de indebito 25. §. ult. ff. eod. Rota Roman. in rec. p. 7. dec. 12. n. 13. & seqq. & p. 10. dec. 236. num. 5. non enim tolerari debet, ut, qui praesente adversario deliberat, licet extra iudicium, aliquid confessus est, postea in iudicio neget, vel alias Probationes efflagitet per l. generaliter 13. in fin. Cod. de N. N. P. P. Engel h. i. n. 3. Pax Jordan. Elucubr. div. lib. 14. tit. 16. n. 15. Card. de Luca de Judo. disc. 23. n. 20.

85 In secundo eventu Confessio Extrajudicialis semi plene probat: nam praesumptio non levis est, cum cum veritate loqui, qui vel praesente adversario se debitorem profitetur; vel in ejus absentia non tantum se debitorem, sed etiam causam debiti manifestat d. l. cum de indebito 25. §. ult. ff. cap. si causio 14. de Fide Instum. P. König h. i. n. 29. Imò quod de aequitate Canonica talis Confessio in civilibus plenam faciat fidem, est testes, de ea deponen-

tes non convenient in formalitate dictorum, sed tantum in substantia, censuit Rota Roman. in recen. p. 7. decis. 12. n. 14. p. 11. decis. 63. n. 7. & p. 12. decis. 191. n. 1. & p. 13. decis. 372. n. 1. & seqq. Card. de Luca cit. l. n. 22.

In tertio eventu ne quidem semi-plena Probatio confurgit juxta textum citatos: locutio namque tam vaga, tam generalis & incerta, neque certitudinem parit, neque certitudinis gradum continere praesumitur. Cum per se seu ex vanitate, seu ex levitate, extra conspectum adversarii, debitores se esse iactent, qui tales non sunt. Umnius de Proc. disput. 13. rh. 12. n. 58. Pax Jordan. cit. l. n. 137. Sa 88 bell. d. §. n. 40. qui duo posteriores limitant hoc assertum, ac ubi iuramentum confitentis accedit, plenam probationem admittunt.

86 Haec de solis civilibus, non item criminalibus causis obtinere, sed in istis Confessionem Extrajudicalem solummodo indicium praebere ad torturam, docet Sabellus in summa d. §. Confessio n. 4. tamque, tamen cum expressione causae & adversarii praesentia sit conjuncta, solum semi-plene probare, tradit Felinus in cit. cap. olim ex literis 25. de Rescript. num. 2. Sed dubito vehementer, an non ex cit. cap. 90 quod pro se allegat Felinus, potius adversaria sententia colligatur: cum crimen falsi, quod quis

quis coram duabus personis extra iudicium, eris confessus, ad imponendum confidenti perpetuum silentium super praesentia Ecclesia

sufficere, ibidem decernatur. Qualiter porro Confessio Extrajudicialis probari valeat? Verfat diligenter de Luca d. disc. 23. n. 23.

§. III.

Qualem effectum habeat Confessio incidens?

91 Confessio incidens in iudicio eandem omnino vim habet in ordine ad Probationem rei, de qua erat Confessio, quam habet principalis per cap. cum super 2. h. i. Num autem eadem vim polleat in ordine ad statuendam poenam ordinariam in delictis? Non est in apico.

92 Affirmativam commendat factum Innocentii III. in cit. cap. cum super 2. h. i. relatum: is enim Canonicum Berthemitanum, crimen simoniae incidenter confessum, ordinariam simoniae poenam, videlicet depositionem ab omni beneficio & officio Ecclesiastico, coercuit. Negativam suadet tum constitutio ejusdem Innocentii III. in cap. cum dilectus 2. de Ord. Cognit. disponens, tellem de crimine, quod ipi in iudicio obiectum & probatum fuerit incidenter, poenam ordinariam non esse plectendum: tum ordinatio Clementis III. in cap. denique 1. de Except. statuentis, testes, si de criminibus, ad solam exceptionem obiecti, convicti fuerint, sine confessu, poenam ordinariam multari non debere: cum accusati in ipsius, secundum Juris ordinem, non procedat.

93 Pro unione horum textuum ab Expositoribus distingui solet, num de crimine, quod criminofus incidenter est confessus, novus processus instituitur, an non. Si prius; admittunt poenam ordinariam juxta de cap. cum super & c. si posterius; non admittunt juxta de cap. cum dilectus & cap. denique. Ratio est: quia nec accusatione, nec inquisitione in crimine instituta, nequit ordinaria criminis poena dictari cap. de manifestis 17. Il. q. 1. cap. si legitimus 1. de Accus. cap. licet 31. in pr. de Simoniacis. Ergo, cum de crimine, quod incidenter aliquis

est confessus, nec accusatio nec inquisitio fuerit instituta, nequit ordinaria criminis poena dictari: praeterquam, si novus dehinc processus inquisitorius formetur.

94 Equidem & hanc distinctionem concutere videntur textus in cap. inquisitionis 21. de Accusat. & in cap. quomodo sit 9. de Except. Pralat. in quorum primo deciditur, processu inquisitionis, contra simoniacos formatò, poenam extraordinariam insignendam esse. In altero proponitur, sententiam suspensionis contra Clericum confitentem latam fuisse, absque novo processu. At immota manet asserta distinctio. Nam Innocentius III. d. cap. inquisitionis Author, neutiquam dicit, in processu inquisitorio ad poenam extraordinariam semper & absolute decernendam; sed addit notanter, secundum personam meritam, & qualitatem excessus poenam poterit iudicantis discreto moderari: quod sane nec processu inquisitorio, nec crimini simoniae proprium; sed & processu accusatorio, & aliis criminibus est commune. Similiter idem Innocentius, alterius cap. quomodo sit grave itidem conditor, nullibi exprimit, Clericum tantum incidenter in iudicio crimine carnale confessum fuisse, sed potius ex studio sa totius contextus ruminacione deprehenditur, Confessionem illam, cum publica fuerit, extra iudicium accidisse, ac, instituto postmodum processu, in crimen illud specialiter inquisitum fuisse, veluti denotant verba: si tibi confiteris de praemissis & c. Hac super re legi possunt Panorimitan. ad d. cap. cum super h. i. n. 16. num. 7. Gonzalez d. n. 4. König eod. tit. n. 16. Wietner ib. n. 29. & seq.

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

§. IV.

Qualem effectum habeat Confessio qualificata?

109 Qualitas, Confessioni superaddita, quandoque negotio connexa est, quandoque penitus separata, ac cum novo facto conjuncta. Qualitas connexa vel habet Juris praesumptionem contra se, vel non. Si habeat; probanda erit: si non habeat; non erit probanda. In exemplo. Confessus es, te homicidium fecisse, sed ex causa necessariae defensionis; vel falsus es, te verbum contumeliosum dixisse, sed absque animo injuriandi. Hic Confessio homicidii vel injuriae acceptatur contra te, & adjectio connexae qualitates, necessariae defensionis, vel exultantis animi injuriandi, à te probanda est. Ratio est: quia Jura praesumunt, nec homicidia ex causa defensionis admitti; nec verba contumeliosa sine animo injuriandi profundi per textum in l. frater vester 1. Cod. ad L. Corneli de Sicar. l. si non

convictus 5. Cod. de Injur. Et justè sic praesumunt: alioquin nemo non homicidarum titulo defensionis, nemo non injuriantium colore deficientis contumelias, sua facinora palliarent. Conferunt quoque hic textus in cap. cum venissent 6. de Instituit. ubi Abbas n. 7. & l. cum de indebito 25. in princ. ff. de Probat. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 37. n. 4.

110 Ex adverso confessus es, te vendidisse, sed cum pacto legis commissoriae; vel te contraxisse sponalia, sed cum conditione, si parentes consenserint, &c. non potest acceptari venditio vel contractus sponalium quoad substantiam, & quoad qualitatem seu conditionem adjectam rejici, vel tota Confessio rejici, vel tota debet acceptari per textum in l. Aurelius 28. §. 12. ff. de Liberat. leg. Ra 103

111

112

113

114

115

116

117

118